pria uniuscujusque Diœcesi, seu territorio exercendas facultates impertimur, et ipse quâcumque eveniente quæstione super præmissis Decimis, Primitiis, et Novalibus Aerario Regio per Nos antedictâ formâ tributis, cunctum negotium, auditis interesse habentibus, ac verificatis verificandis, absque ullo strepitu et figura judicii infra quadraginta dierum terminum summariè cognoscere, ac plenariè decidere valeat, et debeat. Quod si respectivorum Ordinariorum judicio partes non acquieverint, tunc in secunda instantia deducenda erunt earum jura coram Tribunali Gratiæ vulgo dell' Excusado nuncupato, cui adstant Cruciatæ Generalis Commissarius, tresque Judices Ecclesiastici unà cum aliis Judicibus adscitis ex Regis adprobatione. Libera tandem erit ab hujusmodi Tribunalis Gratiæ decretis appellatio in tertia instantia ad alterum Supremum Tribunal Regalis Cameræ Castellæ nuncupatum, à cujus definitivis sententiis nullus amplius appellandi locus relinquetur.

Decernimus propterea, quod singula in hisce Litteris expresa, statuta, et declarata, ab omnibus Mensarum Archiepiscopalium, et Episcopalium, atque Abbatialium, et Capitularium, nec non quorumvis Regularium Ordinum, etiam Militarium, ac Monasteriorum, Præceptoriarum, Commendarum, Hospitalium, et quorumcumque Piorum Locorum Administratoribus; itemque Beneficiorum quorumlibet Rectoribus, ac Possessoribus, et quibusvis aliis Personis quôcumque nomine nuncupatis, quâcumque dignitate insignitis, licèt individuam mentionem requirentibus, firmiter, integrè, ac fideliter perpetuis futuris temporibus observentur: quodque eaedem præsentes nullô unquam tempore, etiam ex eò quod quicumque in iis interesse ha-

mos á cada uno de ellos las facultades necesarias y conducentes para exercerlas cada qual en su peculiar diócesis ó territorio; de suerte que, en el caso de sobrevenir qualquiera cuestion acerca de los enunciados Diezmos, Primicias y Novales que por Nos se han concedido al Real Erario en la forma arriba dispuesta, pueda y deba conocer sumariamente de todo el negocio, y decidirle difinitivamente con audiencia de los interesados, y sabida la verdad del hecho, sin ningun estrépito, ni figura de juicio, en el término de quarenta dias. Y si las partes no se conformaren con la decision de los respectivos Ordinarios, en tal caso deberán exponer sus derechos en segunda instancia al Tribunal llamado de la Gracia del Excusado, compuesto del Comisario general de Cruzada, y de tres Jueces eclesiásticos, y otros tres Jueces adjuntos con Real aprobacion. Y finalmente podrá apelarse de las decisiones de este Tribunal de la Gracia en tercera instancia al otro Tribunal Supremo titulado de la Real Cámara de Castilla, de cuyas sentencias difinitivas no habrá ya lugar á apelacion.

Por tanto declaramos, que todo lo expresado, establecido y explicado en estas Letras, se observe firme, entera y puntualmente en los tiempos sucesivos á perpetuidad por qualesquiera Administradores de las mesas Arzobispales, Episcopales y Abaciales, y Capitulares y tambien de todas las Ordenes Regulares, aun Militates, y Monasterios, Preceptorías, Encomiendas, Hospitales, y qualesquiera lugares piadosos; é igualmente por todos los Párrocos ó Rectores, y poseedores de qualesquiera Beneficios, y por qualesquiera otras personas, qualquiera denominacion que tengan, y qualquiera dignidad con que se hallen condecoradas; y aunque sean tales, que de ellas se debiese hacer individual mencion: y juntamente declaramos,